



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

B. Conradvs Placentinvs C. 19. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

B. CONRADVS PLACENTINVS C.

19. Februarij.

DVM feras vehatur CONRADVS, ipse venator
 cælo sit præda. Etenim cum, quod feræ du-
 metis se abdidissent, irâ succensus silvas quoque
 succenderet, facinusque in nescio quis pauper-
 culus laqueo jam jam lueret, accurrit CONRADVS, &
 innocentem confessione suâ, damnum nummis
 redemit. Subinde iterum silvas saltusque, sed san-
 ctius jam amavit, & in loco, quem hodie etiam
 nomine suo nobilitat, vitam solam agere insti-
 tuit, jamque cælum captare, cælo retia ponere.
 Verum cum vicissim retia illi Cupido strueret, ar-
 tes fugiendi nuper à feris edoctus in vepres se
 nudum abiecit, indeque iterum saucium Cupidi-
 men risit. Porro ad olecenti scelerato, & jam jam
 hastâ è cælo transfigendo clypeum preces suas
 objecit. Hospitem Episcop. Syraculanum cum ha-
 beret, quatuor in symbolam à cælo placentas ac-
 cepit, aliàs pro operis panes recentes. Alii cum
 carnem illi suillam feriâ VI. apposuissent, iussit
 hanc in piscem abire, calumniâque impactam
 ostensis spinis, squamisque elusit. Mortuus in ge-
 nibus tamen deprehensus est stationem suam re-
 nere. funus ultrò luxit sive laudavit potius æs
 campanum Neti & Hyblæ. utraque civitas cum sibi
 corpus vindicaret, Hyblenses neque movere, Ne-
 tini facili negotio loculum auferre potuerunt, puto
 quod propior Netinis jam assueverat cum illis ha-
 bitare. *Ex Ferrar.*

*Cū spes misericordie est, cū tempus est venie, cōsi-
 teamur patri, ne Iudicē sentiamus: prodamus qua fe-
 cimus pietati, ne severitati cogamur exolvere, qua ta-
 scemus.*

E 3

cemus; dicamus indulgentiæ tempore delicta nostra, ne ad excipiendam sententiam desinemus: S. Pet. Chryf. serm. 42.

S. EVCHERIVS EP. 20. Februarij,

EVCHERIO nascituro infulam Aurelianensem Angelus promisit; dedit deinde hanc Carolus Martellus; sed idem, cum aures calumniatoribus præberet, pessimo consilio ademit. Excepit Colonia exulem parum jam morantem, quâ in parte exiliû potissimum viveret, cum exilium esse totum orbem non malè jam tunc credidisset, cum Monachum prius quàm Episcopum induit. At verò gravius jam erit Carolo cælo exulare. Certè EVCHERIVS dum inter preces inferorum ergastula contemplatus est, vidit hunc ipsum Carolum non jam purpurâ, sed ignibus ardere, didicitque ob manus sacris injectas spoliisque pauperum ditatos milites (time ætas nostra) corpore quoque jam pœnas dare. Atque EVCHERIO si fidem non dedit Gallia, certè tumulo potuit dare, qui apertus præter ignium vestigia vacuæque tumbæ custodem draconem, nihil ostendit. Itaque, qui exulare virtutem regno jusserat, tumulo etiam exul fuit, eum interim EVCHERIVS cælo receptus rideat illos, qui patriam in terris quærunt, neque vacuum Gallis tumulum ostendat, quando in illo cæci oculos suos, claudi pedes, miseri passim omnes salutem reperiunt. *Ex Surio.*

Quid profuit mortuis inanis gloria, brevis letitia, mundi potentia, carnis voluptas, falsa divitiæ, magna familia & mala concupiscentia? Vbi risus? ubi jocus? ubi jactantia? de tanta letitia quanta tristitia? post tantam voluptatem quàm gravis miseria? S. Bern. in Med.

SS. MAY.